

dabilis & apud dñm pura mens per quam puro iunguntur. & sc̄i sc̄o son  
 antur. Hanc enim imprimis a nobis dñs requirit hostiam puritatem & cor  
 tributatum sacrificium. dō est. & sacrificium laudis. Vult enim nos esse  
 nouam creaturam in xpo. & nouum hominem. & quecumque huiuscemodi refert  
 scriptura diuina. Est ergo princeps sapientia discipere & contemneſe sapientia  
 istam quae in uerbis est. & in complexionibus uel calliditate sermonum. uel  
 quae captiosis sillogismis & contradictionibus inanibus utitur. Ego au  
 opto quinque <sup>uerba</sup> in ecclesia loqui in sensum. ut & alios instruam. quam  
 multa milia uerborum in lingua & in tali uoce tuis. quae non dicit signi  
 ficantem uocem. ut ad bellum spirituale preparare militem meum. Hanc  
 ergo ego conlaudo sapientiam. & hanc complectos. per quam ignobiles  
 facti sunt gloriosi. & per quam abiecta ad honorem uenerunt. & in qua  
 piscatores. uniuersum orbem terrae euangelii retibus concluderunt.  
 uerbo consummato & breuiato. Sapientiam quae destruitur superanas.  
 Non enim qui in uerbo sapiens est. istemihī sapiens uideatur. Neque lingua  
 politam ac uolubilem profert. Anima uero permanet impertus.  
 Sicut sepulchra illae quae extrinsecus dealbata & exornata uidentur ab  
 hominibus. intrinsecus uero immunditia ac foetore repleta sunt. Sed ille  
 mihi uideatur sapiens. qui pauca quidem de uirtute animi communes & p  
 loquitur. Plura autem in suis actibus adque operibus ostendit. & fidem  
 uerbi operum suorum ad stipulatione confirmat. Quia nec pulchritudinem  
 forme ita quis amare potuit. in pictura. sicut in corpore postquam per diuitias  
 uales fuerunt. quae in somnis uidentur. sicut ille quae in manibus continentur.  
 Ita & sapientia illa clara est. non quae in uerbis uolat. sed quae in uirtutibus con  
 stat. Sic denique & iam scriptura dicit. quia intellectus omnibus bonus est.  
 qui faciunt eam. Non loquuntur. & predicant eam. huius igitur sapientiae  
 firmiora iudicia. tempus declarat. quae uere insensibus est. corona glorioſi  
 sicut non oportet beatificari hominem ante mortem. sicut salomoni uideatur.  
 & mihi quae incertum est. quid pariat superuentura. pro eo quod multa  
 mirabilis est. uita hominum. dum corpus hoc humilitatis huc adque illuc